



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,  
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**

**Fisher, John**

**Antvverpiae, 1522**

Calvniae Qvindecimae Svmma

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35690**

olim fuerat, non solum ipse recesserit, sed & alij hoc suaserit faciendum. Quod plane Petrus prior Paulo Romae facere debuerat, si tot annis ante aduentum in urbem ipsi illic resederit.

### CALVMNIAE Q VINDECIMAE SVMMA

**I**N epistolis insup illis quae Pauli & Senecae noibus inscribuntur, nulla prorsus fit mentio Petri. Sed & in ea, quae tertia est Senecae ad Paulum, legitur, quod eius rei causa Nero plurimum indignabatur paulo, quod a ritu & secta pristina Iudaeorum (qui phariseus olim fuerat) non solum ipse recesserit, sed & alij hoc suaserit faciendum. Quod plane Petrus prior paulo facere debuerat, si tot annis ante aduentum ipsius in urbem illic resedisset. Quare nec Romae prior fuit petrus.

### RESPONSIO.

**N**ec vllius ponderis hanc calumniam esse, manifestissimum est, non modo quod ex negatiuis ipsa procedit, verum etiam quod epistolae dictae, vel eruditissimorum censura, negantur a paulo Senecaeque conscriptae. Testatur hoc imprimis Erasmus, cuius in hac parte iudicium, aduersus alios mille, mihi sufficeret. Sed finge rem ita se habere, quod illorum essent hae epistolae. Quid in eis quaeso continetur, quod cum nostro pugnet instituto? Nunquid si paulo, quia phariseus fuerat, & sectam reliquerat pharisaicam Nero succensuit, propter hoc debuit & Petro succensere, qui phariseus non erat, neque talis unquam sectae cultorem se profitebatur? Sed iudaus (inquit) erat petrus. Esto. Neque iam negaret se iudaum esse, quamquam christianus esset factus, quam & Christianus quisque multo verius iudaicum nomen teneat, quam is, qui solum carnaliter est iudaus. Sed vnum quae so compertum est cuius, quod non simile aduersus petrum Nero concepisset indignationem: Num epistola Senecae palam id negat? Audiamus epistolam, quae sic habet. Seneca & lucilius paulo, *Epistola Senecae*  
*Nimio tuo angimur recessu. Quid est, vel quae te res remo* *cx.*

**G i**